

Quarta

Non omnes arbusta iuvant humilesq; mirice;

Si canimus silvas: silue sint consule digne;

Ultima cum ei venit iam carminis etas

Magnus ab integro celorum nascitur ordo.

Jam redit et virgo: redeunt saturina regna.

Jam noua progenies celo demittitur alto

Tu modo nascenti puer: quo ferrea primum

Desinet. ac toto surget gens aurea mundo

Casta fane lucina: tunc iam regnat apollo

Teque ateo decus hoc eum te consule inibit

Pollio: et incipiunt magni procedere menses

Te duce siqua manent sceleris vestigia nostri

Irrita perpetua soluent formidine terras

Ille deum vitam accipiet. diuisq; videbit

Petimytos heroas: et ipse videbitur illis

Pacatum reget patrijs virtutibus orbem

At tibi prima puer nullo munuscula cultus

Errantes ederas passim cum baccae tellus.

Mixtaq; ridenti collocasia fundet acantho:

Ipse lacte domum referent distenta capelle

b iiij